



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Afflictio Consolans, Seu Svccincta Non Minvs Ac Clara Methodvs

Wintrich, Victor

Coloniæ, 1644

Animadversio Ad Lectorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45734)



ANIMADVERSIO AD LECTOREM.

A Mice ac beneuole Lector, quòd Afflictioni Consolanti, Pacis adiunxerim Conditionem, non tibi mirum videatur. Nam sicut Magnatum est, Paci pro viribus studere; sic plebium, calamitates ex belli iniuriis ortas patienter sufferre.

Quæ duo cum pariter optentur, non dispari tibi prælo proponenda duxi, ut simul pro Principum Benedictione & subditorum solatio Deum exorare discas; integritas namque capitis sanitatem membrorum,

brorum, & Superioris bonitas
pacem & tranquillitatem confert
subditorum, ac Regis denique be-
nedictio maledictionem auferit
seruorum.

Cum etiam à lectione animum
plerumque auocet prolixitas, am-
plissimas has materias breuissimè
contraxi calamo, ut pauca, quæ fa-
ciliùs imbibantur, quàm multa,
quæ vix primis libentur labijs, vo-
tiliùs proposuisse videar; veritas
namque multis non eget, & rectius
meminimus, quæ paucis compre-
hensa fuerunt.

Tu igitur meo, si placet, utere
studio, ut si (iusto Dei iudicio) pa-
cem fortè in postremis non hau-
rias, in prioribus saltè consoleris.
Vale.

DIS-